rupit, concreſcit in lapidem, vti vero vultu indigenæ affirmant: adeò vt per ſe pontem fabricata ſit, quem ego hiſce oculis vidi. Mea quidem ſententia non indureſcit aqua: quę ſubflaua, guſtu fatuo, nauſeam mouens, tepidaq́ eſt: ſed inaudita quædam aquæ admixta materia ad id miraculi edendum effunditur. Eius lapidis fruſtum tibi mitto. Quod ad Aſphalti originem pertinet, ſcias, velim cliuũ extare non admodum editum, aliquot rupibus exiguæ molis aſſurgentem: in quibus medij inſunt duo fontes, qui ſubatræ aquæ non multum emittunt, cum copioſa Naphtha: quæ primùm in Aſphaltum, deinde in Piſſaſphaltũ, tandem in Gagatem conuertitur. In imo monticulo eſt & alius fons, qui parum quidem Bituminis eijcit, at multò vberiorem aquam, quæ Solis æſtu indureſcit in ſalem candidum.

FINIS.